2880

Termino peremptoria responsione Omnibus in universum iuris remediis et defensis Legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ab absorbendo abrenunciando sub amissione suae totius et integrae causae.

Fascza Kalinowo Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Boransen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Laurentij Kalinowskij de Kalinowo antiqua sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Jacobo filio Stanislai Fascza et ipsius successoribus de Omni et integro iure suo seu inscriptione certa sibi recognosci per Nobilem Stanislaum olim Joannis Kalinowskij super bona Kalinowo antiqua modo perpetuo donationis facta et recognita Cum Omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac parata intromissione possessione tuitione evictione et ligamentis in Originali inscriptione contentis cedit et condescendit. Omne et integrum ius suum sibi competens servientis in ipsum et eius successores plenarie transfert et transfundit. Intromissionemque illi ex nunc cum pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos officiose acceptandam admittendo.

Eiusdem Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Boransen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Laurentij Kalinowskij de Kalinowo antiqua sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Jacobo filio Stanislai Fascza et ipsius successoribus Bonorum in haereditate Kalinowo antiqua sitorum in Area sepe sulcos a fissura ad fundum Stanislai Kirpaczyk tendentem inter metas successorum olim Laurentij et eiusdem Jacobi iacentem Cum Omnibus et singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis Nihil excepto dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros evincendo eximendo ab Omni impedimento eiusdem quarumvis personarum propinquarum et aemulatorum Utriusque sexus status et conditionis cuiusvis existentium per et ultra Omnes personas Contra totiens quoties opus et Necesse fuerit tueri defendere evincere tenetur per se et per submissas personas non minuere Sub Damnis Omnibus simplici taxatis et evincendo. Ad Coram officio praesenti Castren. Boransen. in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus in universum iuris remediis et defensis Legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ab absorbendo.

Kalinowski Emisio.

1880 Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Boransen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Joannis Kalinowskij sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobilem Stanislaum olim Laurentij Kalinowskij de Causa et Actione per se eidem Ad Judicium Castrense Boransen. et Officium praesens Ratione Novem Septuaginta Florenorum debiti verbalis non restitutionis instituta ob perfectam satisfactionem quietat emittit et liberum facit. Processumque eiusmodi obtentum cassat perpetuo.